quod agrestes gerunt onus
peccatorum gremio.

Nullus horum est suavis,
semper viris herent pravis,
vagabundi sunt ut avis,
sine nauta velut navis
in profundo pelagi.

Horum actus imbeciles,
rusticani non civiles,
semper erunt et sunt viles
persequendo res viriles:
o quam falsi rustici!

Qui rogati non rogantur
sed ut lapis indurantur,
indurati sublimantur,
sublimati confundantur
iusto dei iudicio.

Rusticani sunt ungentes
si qui sint illos pungentes,
versa vice sunt pungentes
si qui sint illos ungentes:
prosternantur rustici!

Sunt a rure rusticani
et a villa sunt villani,
sunt crudeles non humani,
in loquela semper vani
lingua cum bicipiti.

---

8 dopo *sonus* B *peccatorum gremio.* 9 J *qui.* R *sonus.* Dopo *onus* B *transeundo per vineas.* V *honus.* 12 B *viis errant.* 13 R *sint.* 15 R *profondo.* B *profundum.* 16 R *imbelices.* V *imbecilles.* 17 R *rusticorum.* 19 R *presequendo.* V *virilles.* B *civiles.* 18 R prima stava dopo *et, sit cancellato.* V *villes.* V *civilles.* 25 R *dey iuditio.* 26 J *Isti vero sunt.* R *hungentes.* Stava prima *hunguentes* con la seconda *u* cancellata. A B *in gentes* evidente errore di lettura del N. 27 J *quis.* A B *sunt.* V *nostrum sint.* 28 J *pangentes.* Manca in A B. Il N. congetturò: *versa vice sunt reddentes.* 29 J *quis illos sunt.* Manca in A B. V *nostrum sunt.* 30 B *prosternuntur.* V *ambulantes insimul.* 32 R *vilani* con una *l* sovrapposta all' *i.* V *vilani.* 33 V *crudelles.* R *sunt humani.* 34 V *loquella.* A *linguaque cum duplici* accolto dal N. B *lingua c.* 35 J *Absque timore domini.*

et furantes ut predones,
serunt virus ut dracones:
trucidentur rustici!

Hoc est singulare munus
quod de mille non sit unus
qui de furtis sit ieiunus
consequendo malum funus;
nati malo semine!

Quisquis horum alter Judas,
tecum ridens hunc illudas
ac in corde tu deludas,
si quid dabit non includas
nisi sit pecunia.

Hi non curant de doctrina,
corpus tegunt pelle agnina
cum introrsum sit lupina,
verba latrant ut canina:
infelices rustici.

---

37 J *predones.* 38 J A B *furantur.* J *latrones.* 39 A *et percutiunt.* B *sunt rapaces* accolto dal N. 40 *absque nulla discretione.* V B *trucidantur.* Il N. *trucidentur.* 41 A *singulare hoc est.* 42 B *est* accolto dal N. 43 B *furto* accolto dal N. 44 A *consequenter* accolto dal N. 45 B *nato.* Il N. nota: ,,seguono in A quattro strofe colle quali termina il componimento. Di esse la prima e la seconda rispondono ai v. 90—105 di B: la quarta ai v. 36—40. La terza non ha la corrispondenza con veruna strofa di B e io la sospetto nata dalla fusione di due strofe giacchè non solo le rime dei quattro versi che la compongono non si corrispondono, ma anche il senso mancaa assolutamente. Eccola:

Non de iustis hoc dicatur
licet pauci (sic) *inveniatur,*
qui si bene rogent mundo
Jhesum Christum non temendo
Quem in croce posuerunt."

46 A B *Quivis.* J *totum hoc.* 50 V *pecunia.* 52 B *tegunt se pelle asinina,* accolto dal N. il quale lesse *a(g)nina* di A per *nimia.* 53 A *dum.* B *intus vero sunt* accolto dal N. 54 J *latent canina.* B *gallina.* Il N. *canina.* In A il v. 51 di R è posposto così da divenire l'ultimo della strofa: *licet sine disciplina.* 55 R *rustiti.*